

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1752

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](#)

NUMMOTHECA PRINCIPUM AUSTRIÆ. 3

Tab. VIII. tum creatione rara admodum
 a mentio fiat (a); tum vero,
 quod primus, aut saltem inter
 primos censendus sit hic num-
 mus mnemonicus, qui impe-
 rante FRIDERICO cusus fuit, &
 quidem Romæ, ut videtur;
 nam illo ævo in Germania typi
 nummarii necdum ad tantam
 elegantiam & nitorem pervene-
 rant; uti ex monetis, quas
 postea daturi sumus, liquido
 patebit. Certe renascentibus litteris,
 etiam res nummaria ma-
 ture resuscitari cœpit, primique
 nummi mnemonici in Italia cu-
 si sunt, uti post R. P. JOBER-
 TUM aliosque, Cl. KOEHLERUS
 b variis in locis (b) ostendit;
 quos deinde & aliæ nationes
 imitatæ sunt. Accedit, quod
 scribendi illa ratio, quam in
 nomine FRIDERICI supra obser-
 vavimus, ad genium linguæ
 Italicae quam proxime accedit.
 OCTAVIUS de STRADA jam qui-
 dem huius nummi typum ex-
 hibuit, (c) sed perperam de-
 lineatum; quin in aversa illius
 parte inscriptionem hunc in mo-
 dum depravatam dedit: ROMÆ
 IMP. CREAT KALE. APRIL. AN.
 MCCCCL. sed merces hæ fal-
 sae sunt & confictæ, ut pleræ-
 que cæteræ ejus auctoris. M.
 Imp. au. uncia I. ♂ semis. S. I.
 Vindob. ♂ S. B. ♂ inaur.

II.

LEONORA. FILIA. EDVARDI.
 REG. ÆS PORTVGAL.iae F R I-
 D. erici III. IMPERATORIS
 VXOR.

TOM. II. P. I.

(a) Conf. STRUV. l. c. Par. X.
 p. 757.
 (b) M. B. L. P. I. p. 73. & 427. & ali-
 bi passim.

Sedet Imperatrix adversa fron- FRIDE-
 te in throno, cum corona in RICUS
 capite, dex. sceptrum, in cru- PLACI-
 cem desinens, sin. globum Im- DUS IMP.
 perii, pariter crucigerum, susti-
 nens.

Rosa majoris formæ, foliis
 turgida, qua cum Imperatrix,
 adiecta in ambitu duplici peri-
 graphe, hunc in modum com-
 paratur:

† VT. ROSA. FLORES. SPLENDORE.
 CORVS CO. PRÆFVLGET.

† SIC. LEONORA. VIRTVTVM.
 AMATO. CHORO. PRÆSTAT.

Nummum hunc ELEONORÆ
 ætate multo inferiorem esse, ac
 ab aurario quodam Judeo, lucri-
 cupido, Pragæ confectum, plu-
 ribus nos docet Clar. KOEHLER-
 RUS (d). Teneo ejus archetypum,
 censeoque auctorem in monumentum sepulcrale,
 quod honoribus Augustæ Nea-
 poli-Austriæ positum est, oculos
 intendisse; ibi enim effigies
 ELEONORÆ, insignibus Imperii
 pariter ornata, sistitur. Monet
 præterea Cl. KOEHLERUS (e) ex-
 emplum, quod in manibus ha-
 buit, ex laminis aureis bracteatis
 conflatum, intus vero lamina ex
 ferro munitum; atque adeo num-
 mum pelliculatum, seu subæra-
 tum fuisse. Nos contra archety-
 pum nostrum examinando repe-
 rimus, ex auro solido percussum
 esse, pondusque habere quinque
 aureorum, vulgo ducatorum;
 uti pro instituti ratione infra no-
 tabimus. Aliud ejusdem formæ
 & magnitudinis archetypon vi-
 dimus in celebri museo Dom. de

A 2 F R A N.

(c) Genealog. Aust. p. 477.

(d) KOEHL. l. c. pag. 89. seqq.

(e) Idem l. c. p. 93.

FRIDE-
RICUS
PLACI-
DUS IMP.

FRANCE, qui tres auri uncias aquabat, solidus quoque & indubie cufus fuit. Cæterum anticam hujus nummi partem, postica neglecta, delineatam reperi in tabulis Cl. HERÆI. Plenioram porro ejusdem descriptionem apud laudatum KOEHLERUM invenies. M.S.B. av. 5. duc. KOEHL. m. b. l. p. I. pag. 89.

III.

FRIDERICVS. T. tertius R. O. manorum IMPERATOR. Protome FRIDERICI cataphracta, munita, cum calantica in capite, dextrorsum conversa. In imo littera P. PATER.

MAXIMILIANVS. D. ei GRA. tia R. O. manorum REX. Effigies MAXIMILIANI pectore tenus, codem cum patre habitu; nisi quod caput eius elegantis formæ pileo conspicuum sit. Inferne littera F. FILIUS.

MAXIMILIANUS Rex Romanorum Francofurti anno 1486. die XVI. Februarii electus, IX. Aprilis eiusdem anni Aquisgrani solemni ritu coronatus est; qua occasione præsens numisma percussum esse puto. Videtur enim eo tempore distributum; ut, qui cuperent, PATRIS jam in plurimos annos Imperatoris, & FILII, jam Regis Romanorum, atque adeo ad idem sumnum humanæ dignitatis fastigium olim evehendi, effigies intueri, & contemplari possent.

Animadvertisendum hoc loco est, MAXIMILIANI titulo, cum in præsenti tum aliis nummis formulam: DEI GRATIA, ut plurimum immisceri; neglectam vero pañim esse in nummis FRI-

DERICI, cum historicis tum usua- Tab. VII.
libus. Haud enim plures duobus ex hisce cum illa formula, eosque unius fere, atque ejusdem typi infra num. XIX. & XX. producere possumus; cum tamen diplomata FRIDERICI, & reliqua, quæ hactenus videre licuit, instrumenta publica, ejusmodi formulam constanter præferant. Sed id, ut ut discriben in uno eodemque numismate animadversum, aliud persuadere, nec nisi data opera factum fuisse videatur: oscitantæ tamen & incuriae monetariorum eo ipso adscribendum censemus; quod formula illa reliquis in monumentis, tum & in duobus, ut diximus, nummis compareat.

IV.

FRIDERICVS III. R. O. manorum IMPERATOR ETC. etera 1493. ÆT. 78. Effigies Imperatoris, fere uti Num. I.

Ultimo FRIDERICI anno his nummus signatus est: perigraphe incusa. Ejus typum HERÆUS quoque in tabulas suas retulit. M. Imp. ar. drach. 3.

V.

FRIDERICVS III. ROMAN: orum IMPERATOR AVG:ustus. A R C H I D V X. A V S T:riæ. ERNESTI. DVCIS. FILIVS.

1493. Protome Imperatoris fere ut num. I., ab humeris torques societatis cum stola candida, cantharis floralibus, & gryphe, ab ALPHONSO Arragoniæ Rege institutæ, dependet; cuius insigne FRIDERICUS Augustus, ipsi-

Tab. VIII. ipsiusque filius MAXIMILIANUS I.
a gestarunt (a).

Numisma hoc præstantissimum ultimo pariter FRIDERICI vita signatum, memoriam ingerit ERNESTI, cognomento FERREI, Ducis Austriae & Styriae, patris eiusdem FRIDERICI.

ERNESTUS quidem pater *Dux* scribitur, FRIDERICUS contra ARCHIDUX; quia Serenissima Domus Austriaca accepto primum anno 1453. singulari diplomate a FRIDERICO Placido Augusto, Archiducali titulo in perpetuum fuit honorata (b)

Si numisma isthoc FRIDERICI imperio coævum & æquale sit, laudandi proœcto forent Germani artifices, qui tantopere in arte rei monetariæ profecissent. Sed ob ipsam sui elegantiæ & miram concinnitatem forte pro fœtu posterioris ævi, ac inter nummos restitutos habendum erit. M. Imp. e. & S. B. inaur.

V.I.

Caput Cæsaris ad pectus in toga pellicea, capite calantica plicata tecto, & ad levam converso, adjecta perigraphæ: FRIDERICI TERCII. ROMANORVM; quæ in area partis aversæ sic continuatur: IMPERAT. ORIS ARCHIDVC. IS. AVSTRIE. SEPVLTVRA. ANNO MD. X. I. I. I.

Obierat FRIDERICUS Lincii, ut diximus, die XIX. Aug. 1493. Funus Vindobonam delatum, ad Divi Stephani, atque

(a) Vid. LAMBEC. Comment. Aug. Bibl. Vind. L. II. p. 961.
(b) STRUV. Corp. Hist. Ger. Period. X. p. 786.
(c) M.B.L. P. VI. p. 393.

ibidem in communem Austriae gentis cryptam, solemni pompa, depositum erat, donec a MAXIMILIANO I. Imp. ejus filio celeberrimum illud mausoleum, ex marmore absolvetur, quod hodieque summa admiratione dignum habetur. Perfectum id quidem fuit post annos viginti, scilicet anno demum 1513. quo funus novo ritu ex crypta communi in tumulum mausolei reconditum est. In memoriam secundæ hujus sepulturæ cusi sunt nummi variæ moduli, metalli, & diversi non-nihil typi, de quibus meminunt & egerunt KOEHLERUS (c) LOCHNER (d) & HANTHALERUS (e). hic quoque majoris formæ ectypum apud Joachimum VADIANUM ex editione Wiennensi citat. M. Imp. ar. pond. i. denar.

c
d
e

VII.

Idem nummus, sed aureus, minorisque aliquantulum moduli, & in perigraphæ loco FRIDERICI lego FREDERICI. Hunc ipsum quoque typum repertus in supplemento I. ad recens aperta grossorum scrinia pag. 97. Tab. VIII. n. 98.

Addendum porro: hunc, seu qui in præcedentis nummi adversa est, capit is typum similitudinem quamdam speciemque gerere cum picta illa Cæsaris ico-
ne, quæ in S. Stephani metro-
politana Vindobonæ ad aram prope mausoleum Fridericianum prostat. M. Imp. av. 1. duc.

A 3

VIII.

(d) Medail. samlung P. VII. p. 25.
(e) Wiener münz p. 18. adde supple-
mentum I. ad scrinia seu loculamenta
Grossorum p. 98. ubi Cl. auctor TEN-
ZELIUM notat.

VIII.

FRIDE-
RICUS
PLACI-
DUS IMP.

Caput FRIDERICI ad medium pectus, cum pallio, opere phrygio contexto, corona cæsarea crucigera ornatum, & ad lævam conversum. Additur perigraphe: ANNO. M D X I I I . X V I I I O C T O . b r i s ; quam area posticæ sic prosequitur:

FRIDERICI III. RO. manorum.

IMP. eratoris ARCHID. ucis AVST. riae SEPVLTVRA. Supra inscriptionem seraphim, seu caput alatum comparet, quemadmodum in duobus præcedentibus fidus radiis conspicuum; & inferius duo lauri rami decussati, quæ sunt ornatus gratia adiecta. M. Imp. ar. pond. I. denar.

IX.

Hunc typum priori similem ex tabulis HERÆI producimus; sed sculptorem ab archetypo non leviter aberrafasse, ex eo manifestum fit; quod in nota chronologica numerum III. omiserit. Abest etiam caput illud genii alatum, nec corona cruce conspicua est, & in voce SEPVLTVRA desideratur litera ultima A. Num singula ex errore sculptoris aut calchographi? non facile dixerim. Tab. HERÆI.

X.

DIVVS FEDRICVS. TER-
TIVS. ROMANORVM. IM-
PERATOR. AVGUSTVS.
Protome FRIDERICI in toga, capite laureato, dex-

trorsum respiciente, cum col-
lari ex tæniis denticulatis, &
tænia lata, torquis ad instar,
ab humeris ad pectus deflu-
ente: ad latus finistrum or-
natus quidam vestis observatur,
pluribus globulis instructus; ma-
nicatam forte tunicam stringen-
di vel dilatandi cauſa adhibitus.

ALITVV M (pro ALI-
TVM) REGN. a tene. T. JO-
VIS. ALES. Aquila Imperii bi-
ceps adverso corpore erecta, im-
minente capitibus corona.

Titulus DIVVS, quo Cæsar in perigraphe honoratur, non sufficienter probat: numisma hoc post excessum FRIDERICI percussum fuisse; uti enim ex ÆNEA SYLVIO in allocutio-
ne Legatorum Comitum Syl-
acei ad FRIDERICUM Imp. Flo-
rentiae factam, discimus: titu-
lus *Divi* ei tributus fuit. Ac-
cedit incerti, sed coævi scriptori-
ris auctoritas, apud FREHE-
RUM (a) de electione & co-
ronatione MAXIMILIANI I. Im-
peratoris, ubi FRIDERICUS
pater, tum adhuc inter vivos
agens, in duobus continuis lo-
cis DIVVS appellatur. Typus
præterea, qui FRIDERICUM
in florida astate præbet, rem sic
satis manifestam facit. Quin imo
numisma Romæ, aut saltem in
Italia percussum existimo; quippe
quod cum iis similitudinem
gerat, quorum ectypa, summis
ex Italia prototypis, Cl. HERÆ-
US in suas tabulas retulit. Itaque
nummus prodicisse videtur
tempore coronationis, Romæ per-
actæ; a qua conjectura nec ty-

(a) Apud FREHER. Rer. Germ. script. Tom. III. pag. 28. edit. Struvianæ; & pag. 21. & 22. edit. primæ. ÆNEAE SYLVI Histor. FRIDERICI III. Imp. ap. BOECLERUM Rer. Ger. vol. novo pag. 67. Adde initium cit. Hist. ubi incipit: Divo Cæsari FRIDERICO &c.

Tab. VIII. pus nec peripage abhorrent. Adde, quod non defint exempla, quibus Imperatorem a Romanis, numismatibus honorari consueisse, ostendi potest; id ipsum enim ex numero I. sic satis clare patet.

a *Aquila*, cum collo non bifidato, demonstrat, qua ratione paullatim *biceps & bicollis*, ad exemplum Orientalium, pro symbolo in scuta Cæsarum Occidentis adoptata sit (a). Aquila porro ab ipsis reip. Romanæ primordiis, instar sacri pignoris habita; hinc in peripage scribitur: ALITVVM REGNA tener (ita supplemus litteras exoletas) IOVIS ALES. Reliqua oblitterata sunt. *M. Imp. a. fus.*

XI.

FRIDERICVS. IMP. erator ELECTVS. Protome FRIDERICI armata & ordinis aurei velleris insigni conspicua, capite coronato & ad levam converso.

Electus est Francofurti 1440. ut supra iam monui, ipso die Purificationis B. V. M. & anno 1442. die XVII. Iulii Aquifragani coronatus. Anno demum 1452. a NICOLAO V. Papa die xv. Martii coronam Italiae & die XVIII. eiusdem mensis coronam Imperii accepit. Ex quo colligitur FRIDERICUM annos natum fuisse non nisi quinque supra viginti, cum Rex Romanorum electus fuit; in hoc

vero numismate vultus eius ex- FRIDE-
primitur tanquam viri, iam pro- RICUS
vectioris ætatis. Neque tamen PLACI-
hinc nummis restitutis accenferi DUS IMP.
debet; FRIDERICUS enim post electionem suam omni tempore, ultimo etiam vitæ anno IMPERATOR ELECTVS & iure & merito appellari potuit.

b Corona dupli quidem circulo instructa, sed in multis differt ab Imperatoria, qua FRIDERICUS postea ex persona Cæsaris Romæ coronatus, in sigillis usus est (b).

b

Verum torques aurei velleris, qua hic conspicuus est, prodit: nummum hunc recentioris ævi esse, minime vero statim peracta electione cusum. Constat siquidem MAXIMILIANUM I. qui primus magisterium ordinis aurei velleris familiæ suæ Austriacæ intulit, anno 1442. nondum natum fuisse. Nam anno primum 1459. in lucem editus, & anno demum 1478. Eques simulque Supremus Magister ordinis aurei velleris promotus; quod ipsum ex nummis MAXIMILIANI suo loco demonstrabimus. Attamen cum aliunde notum sit: FRIDERICUM torque aurei velleris a PHILIPPO Pulchro nepote amictum fuisse, neque ex hoc capite, quod nummus iste effigiem Cæsaris, insigni aurei velleris ornati, sifstat, nummis restitutis adscribendus erit. *M. Imp. in ar. pond. secund.*

NUM-

(a) Conf. HEINECCIUSS de sigillis. P. I. c. IX. p. 111.

(b) Vid. T. nost. I. Dissert. I. de sigillis. Adde HEINECCIUSS de sig. P. II. C. III. p. 208.

FRIDE-
RICUS
PLACI-
DUS IMP.

NUMMI RESTITUTI. XII.

FRIDERICVS III. AVS. tria-
cus RO. manorum IMPER. ator
MDXXVI. Protome Imperato-
ris sinistrorum conversa, capi-
te caliptra, cimeliis plicata, o-
perto, cum patagio pelliceo,
fibula nexo.

Nummus hic iconicus tribus
supra triginta annis post mortem
Cæsaris cusus fuit, nimirum an.
1526. cum diem extremum iam
clauserit xix. Aug. 1493.

Postica insuper parte caret;
quia tamen vultus FRIDERICI
senis lineamenta & quotidianus
habitus non ineleganter in eo
expressi sunt, merito eidem lo-
cum inter nummos eiusdem
restitutos concedimus. M.
Imp. in ar. cuf. pond. unc. 1.
drach. 6.

XIII.

Addimus alium typum,
quem Cl. HERÆUS ex gazis
Archiducalibus in suas tabulas
retulit. Sed hunc, ut dicamus

NATUS

XXI. SEP. MCCCCXV.

PATRE ERNEST. ARCH.

AVST. MATRE. CIMBVRGA

II. FEBR. MCCCCXL. ELECT⁹

FRANCOF. IN. REGEM. ROMAN.

CORONAT⁹. AQVISGR. XVII. JVLII.

FRATRE. HELVET. GALLIS. SOPITIS

LEONOR. PORTVG. VXOREM. DVXIT

CORONAT. CVM. EA. ROMÆ. A. NICOL.

IX. MART. MCCCCLII. SED REVERS⁹

MAXIMA. PERICVLA. ET. BELLA. AB.

AVSTR. BOH. HVNG. BVRG. GALLIS

PRIMAMQ. TVRCAR. IN. GERMAN.

IRRVTIONEM. EXPERTVS

IIS. OMNIBVS. SVPERATIS

OB: LINTZII XIX. AVG.

MCCCCXCIII SEPVL.

16 VIENNAE 97.

Num-

(4) Vid. LAMBEC. Diar. S. Itin. Cell.
pag. 13.

quod res est, pro genuino non ^{tab. IX.}
habemus. Nunquam enim FRI-
DERICUS *Pacificus* se nomine IV.
quod in nummi huius perigra-
phe legitur, scripsit Imperato-
rem; nam et si vulgo *Quartus*
audiat, revera autem eius no-
minis sit *Quintus* (a), ipse ta-
men ab illo tempore, quo a
Summo Pontifice NICOLAO V.
coronam Romæ accepit, in si-
gillis æque ac in nummis, ali-
isque instrumentis publicis FRI-
DERICVS III. constanter appellari
voluit. Tab. H.

XIV.

FRIDERICVS III. SIVE V. RO-
MAN. orum IMPER. ator SEMPER
AVGVS. tus. Additur in margi-
ne exteriori symbolum Cæsaris
ex integro scriptum: AVSTRIÆ
EST IMPERARE ORBI VNIVERSO.
Protome Cæsaris, ut Num. XII.
Aversa nummi pars integrum e-
iusdem historiam compendio,
quamvis parum accurate, con-
tinet, hisce verbis conceptam: